

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es :  
mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

Non est occutatum os meum a te, quod fecisti  
in occulto : \* et substantia mea in inferioribus  
terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in  
libro tuo omnes scribentur : \* dies formabuntur,  
et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui,  
Deus ; \* nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabun-  
tur : \* exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores ; \* viri sanguinum,  
declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione : \* accipient in vani-  
tate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, \* et  
super inimicos tuos tabescerem ?

Perfecto odio oderam illos : \* et inimici facti  
sunt mihi.

Proba me, Deus, et scito cor meum : \* interroga  
me, et cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est, \* et deduc  
me in via aeterna.

Gloria Patri, etc.

---

CANTIQUE A LA SAINTE VIERGE

Magnificat \* anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus \* in Deo salutari  
meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : \* ecce  
enim ex hoc beatam me dicent | omnes generatio-  
nes.